



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

Relatio Abbatis Eliæ De seipso. Capvt. XIX.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

erant. Mox autem vt bibim⁹, confortati sumus, & iter agentes tribus diebus alijs sine potu, peruenimus ad loca habitabilia.

Vita Machni senis.

CAPVT. XVII.

DICEBANT de quodam magno sene, qui in eodem monasterio Abbatis Petri morabatur, quod quinquaginta annos egisset in spelunca sua, neque vinum bibens, nec panem comedens, nisi tantum fufureum. Tertio autem singulis hebdomadibus communicabat.

Vino non utebatur, & panem fufureum comedebat.

Vita alterius senis Monasterij Laura, qui cum Leonibus dormiebat.

CAPVT. XVIII.

NARRAVIT nobis Abbas Polichronius presbyter de alio sene, qui sedebat in eadem Laura Abbatis Petri, quod plerunque abiens, in ripa Iordanis commanebat, & vbi cubile leonis inuenisset, illic dormiebat. Die vero quadam tulit ducem leonis, catulos intra pallium suum in Ecclesiam, & dicebat fratribus: Si mandata Domini nostri Iesu Christi custodiremus, ista animalia profecto nos timerent, sed propter peccatum serui effecti, nos illos timere comprobamur. Quare magnifice edificati fratres, ad mansiones suas recesserunt.

Vide Sanctos etiam immanissimis bestijs in virtute Dei imperare.

Relatio Abbatis Elie De seipso.

X 2

CAP.

NARRAVIT nobis Abbas Elias, dicens: Cùm aliquando morarer in partibus sancti Iordanis in spelco iuxta Eunuchorum monasterium, ideo quòd non comunicarem Malchario Archiepiscopo Hierosolymitano, die quadam circa horam sextam, æstu vehementissimò coquente desuper (erat enim August^o mensis) pulsavit quidam ostium speluncæ meæ: Egredius vero vidi mulierem, & dixi ad illam. Quid tu facis? Et respondens dixit mihi: Et ego, mi pater, eiusdem, quo tu, instituti sum, & quasi vno lapide distat à te spelunca mea. Ostendebat autem delictum quasi ad Austrum. Et ait: Lustravi hanc eremum, & præ æstu nimio siti fatigata sum, fac ergo charitatem, Pater, & da mihi pusillum aquæ. Illique protuli vrcem, & dedi ei. Quæ cùm sumens bibisset, dimisi illam. Cùm autem abisset, cepi diabolus impugnare me, immittens cogitationes sordidas in eam. Superatus igitur, neque ferens libidinis ardorem, sumpta virga mea, cellam egredius sum in feruore æstus, cùm lapides ignescerent, profectusq; sum ad illam, vt implem turpè concupiscentiam. Cùm verò fermè vno stadio ab ea adhuc spelco distarem, vrente ne grauiter æstu libidinis, repente factus in exstasi, vidi apertam terram, & me hiatu terræ absorptum. Aspiciens illuc cadauera putrida iacentia, & resoluta, & incredibili foetore plena, quendamque reuerendi habitum virum ea mihi demonstrantem, ac dicentem: Ecce istud mulieris est, istud viri, istud pueri, fruce iam vt vis, & quantum libet concupiscentia tua. Huius tamen voluptatis gratia vide quos labores amittere voluisti. Vide propter quod peccatum

ros ipsos priuare vultis Regno cœlorum. Væ humanæ miseræ. Propter vnus horæ voluptatem tanti laboris mercede frustramini. Ego autē præmio fœtore in terrâ corruui. Tunc accedens vir ille venerabilis, qui mihi apparuerat, crexit me. Et gratias agens Deo reuersus sum in locum meū.

1 Ecce quàm mirabili visione voluit Deus sanctū virū à peccato seruare, omnesq; monachos edocere, nō debere eos institutum suum deserere, carnis concupiscētia tē-
ratos.

Conuersio cuiusdā militis ad miraculū Dei in se, factum, cuius etiam vita cōpendiosè describitur.

CAPVT. XX.

NARRAVIT nobis quidam Patrum, accepisse se à quodam milite, quod cū bellū in Africa gererent Romani cum Mauritanis, victique fugarentur à Barbaris, ac plurimi illorum partim cæderentur, ipsum quoque vnus ex Barbaris nactus, hastam, vt illum feriret, vibrare cepit. Quod ille cū cerneret, orare Deum cepit, ac dicere: Domine Deus, qui apparuisti ancillæ tuæ Theclæ, & eripuisti eam de iniquorum manibus, libera & me de hac necessitate, & salua ex hac acerba morte, mox ibo in eremum, & agam vitam solitariam. Conuersus autem neminem ex Barbaris vidit. itaque continuò venit ad hanc Lauram Cupatha. Manseratque iam in spelunca, Dei se protegente gratia, annos trigintaquinque.

1 Vide vota cū adiecta cōditione fuisse in vsu etiā apud priscos patres, & post emissionē, adiectæq; conditionis eventum ab illis fuisse impleta.

Mors anachoretæ, & eius Intersectoris.